Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In die illa: Factum est in vigilia matutina: et ecce respiciens dns
sup castra egyptiorum per columnam ignis et nubis: interfecit exercitum
eorum: et subiugat rotas curruum eorum: ferebantque impetuose. Dixerunt
ergo egyptii: Fugiamus israhelem: dns enim pugnat pro eis contra
nos. Et ait dns ad moysen: Extende manum tuam super mare: et
revertantur aque ad egyptios super currus et equites eorum. Cumque
extendisset moyses manum contra mare: reversum est primo diluculo
ad pristinum locum: fugientibusque egyptiis occurrerunt aque: et involvit
eos dns in medios fluctibus. Reversique sunt aque: et operuerunt
currus et equites cuncti exercitus pharaonis qui secuti erant eos in mari:
nec unus quidem superfuit ex eis. Filii autem israhel pertransierunt per medium siccum maris: et aque eis erant quasi
murus per dexteram et sinistram. Liberavitque dns in die illa israel de manu egyptiorum: et viderunt egyptios mortuos super
ripam maris. Et manum magnam quam exercuerat dns contra eos
timuerunt populus dnm: et crediderunt dno et moysi servo eius. Tunc
cecinerunt moyses et filii israel carmen hoc dno et dixerunt. Tr.

Cantemus domino. Leo tercia.

Apprehendent septem viri unum in die illa dicentes.
Panem nostrum comedemus et vestimentis nris operiemur tantum
modo vocetur nomen tuum super nos: aufer opprobrium nostrum.
Iudica illa eut gme dni in magnificencia. In gla. Exultabo in dno
et letabor in deo iesu meo. Et exultabunt his qui salvati sunt de israel. Et erit
dns refugium fuit in syon. Et residuum in israel vocabitur
sanctum. Omnis qui scriptus est in vita in israel ablueit dns sordes
filiarum syon. Et sanguinem israel lavavit de medio eius spiritu
iudicii et spiritu combustionis. Et creavit dns super omnem locum
montis syon. Et ubi invocatus est nubem pcem. Et fumum et splendorem
ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protecio